ſione venti modici rumpitur. et ad
nihilum deducit̃. Intuere itaqꝫ me
⁊ vide qualis heſterna die fui ⁊ qua
lis ſuꝫ hodie qui miſerrime vſqꝫ ad
puluerẽ declinaui. Et qui omnẽ pe-
ne orbem terraꝝ tenebã manu mea
Nunc autem meimet nõ habeo po
teſtatem. Sepeliant me obſecro te
manus tue benigniſſime. Ueniant
in obſequium meum Perſe. Ma-
cedonij ⁊ Greci. ⁊ ãmodo regnum
perſarum ⁊ macedonũ vnitate fru-
antur. Matrem meã rodogonem
tibi multipliciter recõmendo. ⁊ inſu
per ſuper vxorem meaꝫ mouearis.
Roxanam filiam meã tibi accipe ĩ
vxorem. Decet enim ex nobilibꝰ no-
bile germen oriri. Hec eo dicente in
manibꝰ alexandri expirauit. Scdm̃
itaqꝫ morem imperialem cõpoſuit
alexander corpus eius. ⁊ cũ magno
illud portabat obſequio. anteceden-
tibus ſibi armatis Macedonibus
atqꝫ Perſis. Supponenſqꝫ colluꝫ
ſuuꝫ amariſſime flendo ibat. Plo-
rabant autem Perſe non tantuꝫ ꝑ
morte Darij. qꝫ pro pietate alexãdri
et ſepelierunt euꝫ. Reuerſus eſt ita-
qꝫ Alexander ad regale palacium
Darij.

Quomodo alexander mortuo
Dario ſedit in throno ex precioſis
lapidibus conſtructo per Cyruꝫ re
gem Perſarũ corona aurea coro-
natus.

[A]lio itaqꝫ die
ſedit alexander ĩ throno au
reo quem Cyrus rex Per
ſarum quondam conſtruxerat. Et
congregatis Macedonibus atqꝫ
Perſis impoſuit ſibi coronaꝫ Da-
rij que tam ꝑcioſa erat vt ab omni-
bus incõparabilis probaret̃. Ful-
gebat enĩ totũ palacium ex claritate
gemmarũ. Erat enĩ totus thronus
ex auro ſpuriſſimo ſeptẽ cubitis ſuꝑ
alta ſedilia eleuatus. Et ꝑ ſeptẽ gra
dus aſcendebant reges ad thronuꝫ.
Erantqꝫ ipſi gradus mirifico ope-
re conſtructi. Primꝰ videlicet gra-
dus erat ex amatiſto. Secundus ex
ſmaragdo. Tertius ex Thopaſio.
Quartus ex granato. Quintꝰ ex
adamante. Sextus ex auro puriſſi-
mo. Septimus ex luto compoſitus
Et non ſine cauſa erant taliter orna
ti ⁊ ordinati. Primus enim qui ex
amatiſto ſtabat tale myſteriũ conti
nebat. Amatiſtus enĩ repꝛimit for-
titudinẽ ⁊ fumoſitatẽ vini. Nec ſinit
aliquẽ gerentẽ de ſua memoria im-
mutari. Ita enim oportet eſſe per
ſenſum quẽlibet volentem aſcẽdere
ad regiã dignitatẽ vt nequaqꝫ inci-
dat rõne impericie in ſiniſtruꝫ. Se-
cũdus autẽ gradus ex ſmaragdo q̃
viſum portantis clarificat et conſer-
uat. Et ita regẽ oportet viſuꝫ cordis
habere acutũ. vt que videnda ſunt
videat ſagaciter ⁊ diſcernat. Terti-
us gradus ex thopaſio q̃ tante cla-
ritatis exiſtit. vt ſi aliq̃s figuraꝫ ima
ginaretur in eo caput ſuũ videat in
terrã fixũ. pedes aũt videat ſurſus ae-
rem eleuatos. Sic etiã regẽ oportet
ſua nouiſſima ꝯtẽplari. Nã ſicut tho
paſius oſtẽdit caput eiꝰ. hoc ẽ digni
tas ipſius ex altitudine vſqꝫ ad pul-
uerẽ depꝛimatur. Quartus gradꝰ
ex granato. Granatus enim omẽs
lampades ſua claritate precellit. et
omẽs lapides rubore ꝑcellit. Ita re
gem oportet eſſe purum lucidum et
verecundia rubicundũ. vt licita nõ

SLUB Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski